

BIBLIOTECA COMUNALE DI TRENTO

Sezione manoscritti, ai n. 2834 - 2835

21

STATUTO DI PINE'

1429

Documento trascritto e tradotto a cura di Oss Papot Lucia e Grisenti Luciano

Primavera 2019

Copia

In Christi nomine amen. Anno Domini millesimo quadrigentesimo vigesimo nono, indictione septima die lune decimo sexto mensis madii in villa Baselge plebis Pinedi et diocesis Tridenti supra plazo in via publica, ante domum communis, presentibus Iacobo Cerdone quondam Stefani habitatore ville Cimbrie predicte diocesis Tridenti, Ianexo dicto Ponpaz quondam Nicolai dicto Ponpaz de Ronzegno vallis Sugane feltrinensis diocesis, Iacobo quondam Bortholamei de Madrano dicte feltrinensis diocesis et Venicio filio Iacobi dicto Gruzel de Nova Teutonicha huius ville Baselge predicte, testibus et allia quam pluribus ad infrascripta vocatis et rogatis. Ibique convenientibus et congregatis omnibus hominibus vilarum totius Regule montanee Pinedi in villa Baselge pro ut mos et stilus est dicte eorum Regule more solito consueto, videlicet et in primus Andrea quondam Bertoldi huius ville Starnigi Regolano omnium villarum totius montanee Regule Pinedi, pro ut consuetudo est eos antique Regule, Girardo quondam Bonaventure, filius Iohanne quondam Iohannis ipsis duobus de Campolongo, per se ipsos et eos sucessores et vice et nomine dicte Communitatis Regule montanee Pinedi, Vigilio quondam Micheli Pegino et Michelle quondam Francisco, Nicolao quondam Benvenuti, Iacobo quondam Federici ipsis de Arzolaga per ipsos et eos sucessores et nomine et vice dicte Communitatis Regule montanee Pinedi, Iacobo quondam Iohannis, Nicolao genero quondam Felipi, Lonardo quondam Iohannis dicto del Dos ipsis de Starnigo per se ipsos et eos sucessores, et nomine et vice dicte Communitatis, Nasimbene filio quondam Nicolai, Federicho dicto Pesata quondam Cristani, Francisco quondam Nicolai ipsis omnibus de Ricaldo per se ipsos et eos sucessores et nomine et vice dicte Communitatis, Iacobo dicto Grisonal quondam Francisco, Petro dicto Petrusso quondam Antoni, Concio quondam Iechele, magistro Huale fabro quondam Ianexi ipsis omnibus de Baselga per se ipsos et eos sucessores et nomine et vice dicte Communitatis, Iorgio fabro quondam Andree, Iechele quondam [sic] , Concio quondam[sic], Ianexo quondam Valentino, filio Blasio quondam Aneii, Michele quondam Iechele, Ianexo quondam Federicii, Zuliano quondam Iechele, [illeggibile] quondam Francisci, Dominico quondam Simonis, Michele quondam[sic], Cristano quondam Nicolai, Andrea quondam [illeggibile] ipsis omnibus de Miola per se ipsos et eos sucessores et nomine et vice dicte Communitatis Regule montanee Pinedi ut supra, et Lionardo dicto Dalmere quondam Concii, Salvatore quondam

Iacobi, Dominico quondam Menole, Marcho quondam Boni, Ognibene quondam Nicolai, Floriano quondam Barnabi, Stefano quondam Michele dicto Pes, ipsis omnibus de Faiedis per se ipsos et eos sucessores et nomine et vice dicte Communitatis Regule Pinedi, ac Antonio quondam Iohanis a Sega, Iacobo de Fabris quondam Zuliani, Ancio quondam Megerle, Ianexo quondam Vigilii, Petro quondam Ierchele et Sigismondo filio Viniani ipsis omnibus de Vigo seu de Belveder, per se ipsos et nomine et vice dicte Communitatis et eos sucessores suprascripte Regule montanee Pinedi, ac Aneio quondam Michele, Iacobo quondam Iohanis notarius, Petro quondam Aneii, Ianexo dicto Mosser quondam Michele, Iorgio quondam Iohaninos, Ianexo filio Aneii, Michele dicto Bernardo quondam Cristani, ipsis omnibus de Montagnage per se ipsos et eos sucessores et nomine et vice dicte Communitatis dicte Regule Pinedi, ac [illegibile] quondam Blazii, Blazio quondam Iohanis a Sega, Ventura Testore quondam Iacobi, Iacobo quondam Venturii, Antonio dicto del Mor quondam Mori, Iacobo quondam Morati, Cristano quondam Iohanis, Marcho quondam Iacobi, Concio quondam Ianexi de Salurno, Odoricho quondam Petri, Rodebioh quondam Huali de Sancto Mauro, ipsis omnibus de Trasila per se ipsos et eos sucessores et nomine et vice dicte Communitatis Regule montanee Pinedi, et Brunelo quondam Pasquali, Nicolao dicto a Vale, Ioanlatore quondam Oti, ipsis duobus de Lasesio per se ipsos et eos sucessores et nomine et vice dicte Communitatis dicte Regule montanee Pinedi, et Ognabeno quondam Iohanis, Petro quondam Antonii dicto de Brugna, ipsis duobus de Lona per se ipsos et suos sucessores et vice et nomine dicte Communitatis dicte Regule Pinedi, et Floriano quondam Laurentii, Brigento quondam Antoni, ipsis duobus de Masso a Plazolis per se ipsos et eos sucessores et nomine et vice dicte Communitatis dicte Regule Pinedi, et Petro quondam Ianexi, Ranbaldo filio Neni, Marcho filio Neni, Petro filio Neni, Petro Claudieo quondam ...[sic], Pasqualo quondam Aneii, Ianexo quondam Hendrici, Tomele quondam Ianexi, Iorgio et Petro fratribus quondam Iohanis, ipsis omnibus de Bedulo per se ipsos et eos sucessores et vice et nomine dicte Communitatis dicte Regule montanee Pinedi, et Cristano quondam Hendricii isto de Placiis per se ipsum et eos sucessores et nomine et vice dicte Communitatis dicte Regule montanee Pinedi ut supra. Ipsi omnibus de suprascriptis villis montanee Pinedi ibidem presentibus et existentibus et ipsi omnes et singuli pro se ipsis et vice et nomine dicte Communitatis et Universitatis dictarum villarum montanee Pinedi, unanimiter et concorditer fecerunt confutaverunt ordinaverunt elegerunt et confirmaverunt infrascriptos

videlicet Andream quondam Bertoldi de Starnigo, Iechele dictum Nef de Bedulo quondam[sic], Vigilium quondam Iechele de Arzolaga, Antonium dictum a Balistro quondam Francisci de Starnigo, Michele dictum Zanchanarium quondam Iechele de Plateiis, Iechele dictum a Faiedeis quondam quondam Hendricii, Huale quondam Menole dictum dal Dos de Montagnaga, Iohanes dictum Pezerinum quondam Martini de Miola, Petrum quondam Ianexi de Gardizola, Ianexum quondam Morati a plazo Trasile de Mola, Petrum dictum dal Dos quondam Antoni de Trasila, Nicolaum Ioculatorem de masso dicto a Vale quondam Oti habitorem Lasesi, ibidem presentes et huiusmodi instrumentum sponte recipientes, suos et dicte Communitatis Universitatis dictarum villarum suprascripte Regule montanee Pinedi, actores, procuratores, certos [illeggibile] et legitimos responsores et quales administratores negotiorum suorum et quid quod melius et amplius esse possunt, qualiter contra unam unam prepositam personam Collegium et Universitatem, tam in agendo quam in defendendo, in denunciando, acusando coram quocumque iudice, tamque ecclesiastico quam seculari, libelo offerendo et recipiendo, ipsis respondendo lites [illeggibile] emptores, proponendo, opponendo, vendendo, excipiendo, replicando et in iurando per eos omnia de qualibus genere sacramenti tam de calumnia quam de veritate dicenda et dilationes petundo, lorando. Perlongando testes iustitia et iura producendo, sumas audiendo, appellando pignus appellationis, dando causas appellationis, perseguendo iudicio stando in eorum, concludendo in faciendo alios sibi condemnari et se ipsos per eis condemnari, promittendo tenutam et verbum, pignoris accipiendo applicando, executionem mandando, exigendo restitutionis in integrum inpetrando et omnia et alia et singula qualibet faciendo que mira earum exigunt et requirunt et ut iuris ordo postulat et requirit, iis ad componendum comprimendum et pacissimum cum pena et sine pena finem permissionem resurationem et penam de ulterius non petundo faciendum et alterus cuicumque quam gratus faciendum, iis ad bona dicte Communitatis montanee Pinedi et Regule Pinedi, de licentia dicte Communitatis Regule montanee Pinedi sub quocumque contu et sub quacumque pena et permitendo et determinando patum et declarationem.

In Christi nomine amen. Anno domini millesimo quadragentesimo vigesimo nono indictione septima die lune decimo sexto mensis madii in villa Baselge plebis Pinedi diocesis Tridenti supra plazo in via publica, ante domum communis, presentibus Iacobo Cerdone quondam Stefani habitatore ville Cimbrie predictae diocesis et dominus Francisco dicto Pompaz quondam Nicolai dicto Pompaz de Ronzegno valis Sugane feltrinensis diocesis, Iacobo quondam Bortholamei de Madrano dicte feltrinensis diocesis et Venicio filio Iacobi dicto Gruzel de Nova Teutonicha huius ville Baselge predictae testibus et allia quam pluribus ad infrascripta vocatis et rogatis.

Infrascripte sunt poste ordinamenta et statuta, facta pro homines et personas plebis Pinedi et Regule montanee Pinedi, pro colmelos infrascriptos, videlicet in primus Andreas quondam Bertoldi de Starnigo, Iechele dictus Nef de Bedulo quondam[sic], Vigilius quondam Iechele de Arzolaga, Antonius dictus a Balipsis quondam Francisci de Starnigo, Michele dictus Zanchanarius quondam Iechele de Plateiis, Iechele de Faiedis quondam Hendricii, Huale quondam Michele dictus dal Dos de Montagnaga, Iohannes dictus Pezerinus quondam Antoni de Miola, Petrus dictus dal Dos quondam Antoni de Trasila, Nicolaus Ioculator dictus a Vale quondam Oti habitator ville Lasesi et predicto acto de Regula montanee Pinedi consensu et voluntate ac licentia et cum plena libertate omnium hominum dictarum vilarum montanee Regule Pinedi pro ut de ipsa licentia paret in uno predicto instrumento scripto manu mei Nicolai notarius filii Iohannis notari deligatus sub anno Domini millesimo quadragentesimo vigesimo quinto indictionis septima ac statuerunt ordinaverunt et de novo fecerunt actas infrascriptas postas et ordinamenta ac statuta ut inferius continet ad utilitatem et honorem totius montanee Regule Pinedi quo ut necessitas erat.

[1] In primis ordinaverunt et postulaverunt quod Regula Pinedi et canpanearum eiusdem teneat infra confines inscriptos, cui continet a parte interiori apud massos de Campolongo, dividendo extra per gravum prope montem usque ad dossum rubeum, ab alia parte dividendo usque ad lacum qui dicitur da Pradele et deinde usque ad dossum Sancti Mauri et ab alia parte nemus commune qui dicitur de le Coste, et forte allia sunt confines.

[2] Item ordinaverunt et postulaverunt quod quicumque qui faceret dampnum in campaneis predictis, pro quolibet bovos et quo qualibet bestia bovina sive una sive plures solvat tres solidos in die, in nocte vero decem et quilibet sit Saltarius in nocte, et nihilominus solvat dampnum passo et idem intelligatur de equis repertis de die dar dampnum, de nocte vero incurrat in penam trium librarum Tridentinarum pro singulo equo, quarum penarum tertia pars spectet Domino Vicario tridentino alia tertia Regalano maiori et Saltuario et alia tertia Communi Pinedi

[3] Item ordinaverunt et postulaverunt quod aliquis porchus non debeat exire de stala seu de stalis, nisi habeat bonus custodem, a calendis martii usque ad festum Omnium Sanctorum, et qui contrafecerit pro una quaque vice solvat XII denarios et in dampno repertus tres solvat pro quolibet porco et incontinenti pignoretur, et dampnum restituat passo

[4] Item ordinaverunt et postulaverunt quod bestie parve stare debeant extra predictas campaneas, silicet pecudes, et capre et castrati, a calendis martii usque ad festum Omnium Sanctorum, et qui contrafecerit perdat unam, et si una esset tantum quod sit perdita, et si in dampno reperiretur, solvat pro qualibet bestia solidos tres tridentinorum et dampnum restituat passo, cuius pene tertia pars spectat ad Dominum Vicarium Tridenti, alia tertia ad Regalano maiorem et Saltuarium et alia tertia Communi Pinedi, et si custodes cum ipsis essent quod teneantur solvere ipsam penam.

[5] Item ordinaverunt et postulaverunt quod aliquis non debeat tenere aliquas bestias forenses in dicta Regula a tribus diebus supra; et qui contrafecerit perdat unam de melioribus, et si una esset tantum, quod sit perdita, tertia pars sit Domini Vicarii, et Regalano maioris et Saltariorum sit alia tertia, et alia tertia sit Communitati Pinedi.

[6] Item ordinaverunt et postulaverunt quod nulus facere debeat erbam in alienis pratis et canpis seu zesis pena quinque solidorum pro qualibet vice et quilibet sit Saltarius, que pena spectet Communi Pinedi.

[7] Item ordinaverunt et postulaverunt quod aliquis non debeat accipere bazanas in alienis canpis et qui contrafecerit solvat pro qualibet vice decem solidos in die, in nocte vero duplum et solvat dampnum factum et quilibet sit Saltarius. Que pena de die facta spectet Communi Pinedi, et nocte vero facta spectet Domino Vicario.

[8] Item ordinaverunt et postulaverunt quod aliquis non debeat incidere ramos nec plantas in merizis usibilibus, et qui contrafecerit solvat decem libras Domino Vicario et perdant legnamen.

[9] Item ordinaverunt et postulaverunt quod omnes quibus preceptum fuerit adesse debeant ad Regulam quicumque ipsis preceptum factum fuerit silicet unus pro foco et qui contrafecerit solvat X solidos pro qualibet vice que pena perveniat Communis, ex impedimento impediretur.

[10] Item ordinaverunt et postulaverunt quod malge forensium non debeant pascolare in montibus Communitatis Pinedi, et qui contrafecerint perdant XXXVIII bestias de mense iunei, et de mense iulii XXVIII et de mense agusti XVIII tertia pars sit Domini Vicarii, tertia Communis et alia tertia Regolani et Saltariorum.

[11] Item ordinaverunt et postulaverunt quod aliquis non debet nec debeat facere legnamen nec foleas in gaxis gazatis et gazandis quandocumque gazati fuerint, et qui contrafecerit solvat X solidos pro quolibet fasso et quinquaginta solidos pro quolibet plaustro, medietas Domino Vicario, quinque solidos Saltariis pro quolibet pignore in ipsis facto et reliqua pars sit Communis Pinedi.

6

[12] Item ordinaverunt et postulaverunt quod aliquis non debeat secare seu falciare fenum super commune ante festum Sancti Christofori et qui contrafecerit solvat tres libras et nihilominus amittant fenum tertia pars Domini Vicarii et alia Communis.

[13] Item ordinaverunt et postulaverunt quod Regolanus arbitrius et licentiam dare possit pastoribus videlicet bestiarum Communis Pinedi, una cum viatore pignorare pignora fecit omnes sibi pecunias tenentes pro custodia bestiarum.

[14] Item ordinaverunt et postulaverunt quod fideiussores pastorum Communis habeant arbitrium pignorandi quemcumque tenentem dare panem pastoribus Communis, usque ad X solidos pro quolibet die.

[15] Item ordinaverunt et postulaverunt quod Saltarii teneantur custodire regulas et dantes danum pignorare pena quinquaginta solidorum pro quolibet et qualibet vice que pena applicetur Comuni Pinedi.

[16] Item ordinaverunt et postulaverunt quod Regolanus et Saltarii debeant extimare dampna facta in campis et pratis habentes quinque solidos pro extimatione et qui dampnum fecerit soluisse debeat infra tertiam diem post extimationem factam pena dupli, quod duplum perveniat Domino Vicario.

[17] Item ordinaverunt et postulaverunt quod nulus facere debeat fratas apud tertos bestiarum communis et qui contrafecerit et ei dampnum fieret quod patiantur dampnum nisi dicta frata esset clausa quo casu dans dampnum solvat ut in supradictis postis declaratum est.

[18] Item ordinaverunt et postulaverunt quod Regularus habeat arbitrium facere foleas et fenum, tres dies ante festum Sancti Christofori cum duobus operibus tantum, et Saltarii cum una opera pro quolibet.

[19] Item ordinaverunt et postulaverunt quod aliquis forensis non debeat pasculare cum bestiis in pratis nec campis Regole seu Regule predicte et qui contrafecerit solvat X solidos in die, in nocte vero sexaginta, tertia pars Domini Vicarii, tertia Saltariorum et tertia Regolani.

[20] Item ordinaverunt et postulaverunt quod pignora extra Regulam fienda sint Saltariorum.

[21] Item ordinaverunt et postulaverunt quod quilibet laborator alieni laboravit de montanea Regule Pinedi, si ille cui laboraverit non velet solvere, tunc ille laborator teneatur recurrere ad Regolanum maiorem et sibi petere ius et dare dicto Regolano duos grossos denariorum et dictus Regolanus teneatur sibi ius administrare usque ad tertiam diem secundum consuetudinem operariorum Regule montanee Pinedi, sed si dictus Regolanus non posset sibi ius administrare, tunc vadat ad Dominum Vicarium Tridentis, et si dictus laborator iret prius ad Dominum Vicarium ante quam iret ad suprascriptum Regolanum, cadat ad penam trium librarum denariorum tridentinorum, tertia pars Domino Vicario, et tertia pars Regolano et allia tertia pars Communi.

[22] Item ordinaverunt et postulaverunt quod quilibet habens pecudes cuiuscunque maneriei sint debeat eas mittere ad pastorem communis cum bonis pastoribus sufficientibus pro ut usitatio earum vilarum est, et panem dare secundum consuetudinem usitatam loci, denunciatione eis primitus facta et si quis contrafecerit cadat ad penam vigintiquinque librarum denariorum tridentinorum pro qualibet vice, que pena perveniat fisco, salvo semper quod qui possit cum suis sepratigue et de per sé pasculare, dummodo habuerit ius licentiam suorum maiorum seu a suis maioribus et aliter non sub dicta pena.

[23] Item ordinaverunt et postulaverunt quod nulus debeat tenere bestias forensium cuiuscunque conditionis bestiarum sint in Regula montanee Pinedi nisi expedimento videlicet gueris et alliis necessitatibus, sine licentia Regolani et aliorum bonorum virorum et si quis contrafecerit cadat ad penam centum solidorum pro quaque vice que pena perveniat fisco.

[24] Item ordinaverunt et postulaverunt quod si aliquis de Regula Pinedi fugeret suas bestias cuiuscunque conditionis essent causa non dandi panem pro ut sui vicini faciunt, et diceret quod dedisset in socedam vel vendidisset et non esset verum cadat ad penam quattuor grossorum pro qualibet vice et nihilominus attendere et dare panem teneatur pro ut sui vicini faciunt que pena perveneat Communi Pinedi.

[25] Item ordinaverunt et postulaverunt quod si quis incideret unum lignare lignorum quod debeat dimittere per annum et diem circiter antequam conducat alibi, et si quis contrafecerit cadat ad penam octo grossorum pro uno quoque singulo plaustro pro qualibet vice, que pena perveniat Communi et mehilliorum solvat dampnum factum passo.

[26] Item ordinaverunt et postulaverunt quod si aliquis de Regulla Pinedi tentum, esset qui velet incidere legnamen videlicet planchonos et quadrelos vel cuiuscunque conditionis legnamenis a laborario quod debeat solommo incidere viginti plantas per annum et non plus pro quolibet foco et non debeat incidere nisi illud legnamen quod possit laborare cum una opera in die et habeat spacium ad laborandum usque ad tertiam diem et sic debeat facere dictum et si quis contrafecerit quod quilibet de dicta Regula honera suportans liceat accipere illud legnamen quod non potuisset laborare in illo die, et non debeat facere plus propter quem suprascriptos viginti pedes nec facere fieri per aliquem causa vendendi alieni persone et si quis contrafecerit cadat ad pena trium librarum denariorum tridentinorum, et debeat perdere illud legnamen ultra illos viginti pedes factum, que pena perveneat fisco.

[27] Item ordinaverunt et postulaverunt quod quicumque qui incideret vel incidere faceret unum planconem sive lignamen de pede qui non sit laborans vel laboratus, debeat stare plonio tres dies et non plus et si est laborans sive laboratum talis qui laboravit possit ad sui libitum accipere et quando quocumque sed si esset solummodo tovezatum cuiuscumque conditionis lignorum sit per anno et die transacto si non acceperit qui dictum lignamen tovezaverit, tunc licitum sit cuiscumque dictum acipere lignamen sine pena et quilibet qui acciperet ante suprascriptum terminum cadat ad penam trium librarum denariorum tridentinorum, tertia pars Domino Vicario et tertia pars Regolano et allia tertia Communi Pinedi.

[28] Item ordinaverunt et postulaverunt quod alique bestie minute non debeant ire super dosso de Miola usque ad stratam que vadit subtus Gardizola usque ad lacum qui vadit a fos preter bestias bovinas que habeant trahere plastrum et ille que non possent ire cum pastoribus causa necessitatis, in pena trium librarum denariorum tridentinorum pro qualibus vice et perdere unam de melioribus, tertia pars Domino Vicario, et tertia pars Regolano et allia tertia Communi Pinedi.

[29] Item ordinaverunt et postulaverunt quod pascula ubicumque sint in Regula montanee Pinedi debeant custodiri videlicet ubi bestie bovine et allie bestie que habent trahere plastrum et ille que ad pastorem ire non possunt vadunt in pena X solidorum denariorum tridentinorum pro qualibet vice medietas Regolano et alia medietas Communi Pinedi.

Vacat quare revocatum est

[29 bis] Item ordinaverunt et postulaverunt quod si quis qui teneret equos vel equas debeat tenere supra commune, et si dictus equi vel eque facerent dampnum in die solvat trium solidorum denariorum tridentinorum pro qualibet vice et solvere dampnum passo et in nocte solvat trium solidorum qualibus vice et penam solvat dampnum passo factum, medietas Regolano et alia medietas Communi Pinedi.

[30] Item ordinaverunt et postulaverunt quod quicumque teneret bestias bovinas vel alias bestias minutas cuiuscumque conditionis que facerent dampnum in vineiis, quod pro uno quoque singulo pede vinee solvat quattuor grossos denariorum pro qualibet vice et solvat dampnum passo et quilibet sit Saltarius medietas Regolano et allia Communi Pinedi.

[31] Item ordinaverunt et postulaverunt quod quilibet qui teneret canes debeat tenere ligatos in tempore vendemie a festo Sancti Christofori usque post octavam festi Sancti Michelis in pena octo grossorum denariorum pro qualibet vice, denuntiatione eis prius facta medietas Regolano et allia Communi Pinedi.

[32] Item ordinaverunt et postulaverunt quod quicumque indigeret terminandi suas possessiones debeat ire ad unum illorum duodecim qui nunc est vel pro tempore erat pro ut habitatores villarum in montanea Regule Pinedi est, et ille habeat plenam libertatem accipendi duos vel tres bonos homines et debeat terminare, et si ipse non posset terminare cum dictis bonis hominibus, tunc ille qui indigeret terminandi debeat recurrere ad Regolanum maiorem et dictus Regolanus illo tunc debeat finire et terminare, et debeat habere pro una quaque vice extra Regulam quattuor grossos denariorum et pro uno quoque termino inserto debeat habere duos grossos denariorum et in Regula solommo duos grossos denariorum pro termino inserto, et si quis contrafecerit cadat ad penam trium librarum denariorum pro qualibet vice medietas Regolano et allia medietas Communi Pinedi.

[33] Item ordinaverunt et postulaverunt quod nulus forensis audeat nec debeat incidere aliquod lignamen nec incidere facere qui non teneret domicilium nec habitationem in Regula Pinedi sine licentia Regolani, et qui contrafecerit cadat ad penam X librarum denariorum tridentinorum pro qualibet vice et perdat totum lignamen, que pena perveniat fisco.

[34] Item ordinaverunt et postulaverunt quod quicumque officialis qui habet officium in Regula montanee Pinedi cuiuscumque conditionis officii debeat redere suam administrationem, suo locho et tempore quando exiverit de officio secundum formam iuris aliis officialibus qui intraverint de novo, in pena X librarum denariorum tridentinorum pro qualibet vice que pena perveniat fisco.

[34 bis] Instituti sunt homines constituti coram Andrea de Sternigo Regolano montanee Pinedi ex licentia sibi dare per egregium utriusque iuris legum doctorem, Dominum Georgium Vicarium inter qualibus Tridentus pro ut de ipsam literam aparet in una cedula scripta manu per Antoni de Fatoribus. Delato eis suis per suprascriptum Andream Regolanum, iuraverunt corporata ad secundum dei evagnelia tactis scripturis dicere et fateris vitator de eo qui fuerint et de hiis que continentur in suis antiquis statutis et remotus odio pre [illeggibile] et timore tam pro una parte quam pro alia.

[34 ter] In primus Nicolaus de Ricaldo, et Blaxius dictus Voches de Miola item Iulianus de Miola item Iohannes de Campolongo item Guradus de Campolongo item Iechele dictus de la Faieda et Iacobum Gualdi item Petruo de Gardizola.

[35] Item ordinaverunt et postulaverunt quod aliquis non debeat dividere aliquas coltas ac expensas extraordinarias que venirent ex parte Domini aut ex parte Communitatis, nisi quod quilibet officialis habeat tres bonos homines qui debeant dividere per colmelos quilibet pro sua rata parte pena viginti solidorum danariorum tridentinorum medietas Regolano et alia medietas Communi Pinedi.

[36] Item ordinaverunt et postulaverunt quod quilibet macelator vel becharium qui velet vendere carnes in Regula montanee Pinedi, debet vendere secundum consuetudinem et statuta civitatis Tridenti pena trium librarum denariorum tridentinorum medietas Domino Vicario et allia medietas Communis Pinedi pro una quaque vice.

[37] Item ordinaverunt et postulaverunt quod nulus caupo seu tabernarius qui velet vendere vinum aut tenere hospitium in Regula montanee Pinedi, pulsata Ave Maria in mane usque ad pulsationem Ave Maria in sero non debeat vendere vinum nec dimittere ludere ad tasilos vel ad taxilos, nisi si unus indigeret una metreta vini vel expedimento vel ex necessitatibus, pena trium librarum pro una quaque vice, que pena, trium librarum perveniat Communi Pinedi.

[38] Item quod nulus debeat ludere nec alias golositates facere in nocte pulsata Ave Maria in sero usque ad pulsationem Ave Maria in mane, pena trium librarum denariorum tridentinorum que perveniat Communi Pinedi.

[39] Item ordinaverunt et postulaverunt quod Saltarii teneantur custodire prata datibus dampnum in eis pignorantur transacto festo Sancti Iorgii sub pena antedicta trium librarum applicanda verum predicti Pinedi.

[40] Item ordinaverunt et postulaverunt quod quicumque qui non daret bonum famulum ad eundum cum pastoribus bestiarum communis et bestie alique perderentur, quod qui misisset illum famulum non bonus solvat medium dampnum pro bestiis perditis et alliam partem damni teneantur solvere pastores Communis.

[41] Item ordinaverunt et postulaverunt quod quicumque qui tenet bestias cuiuscusque generis adeo plebatus et Regula, qui teneatur dare panem secundum et sicut sui vicini fatiunt sub pena trium librarum medietas Domino Vicario et allia Communi Pinedi.

[42] Item ordinaverunt et postulaverunt quod quilibet teneatur facere stropaduras et seraias, a calendis martii usque ad festum Sancti Martini silicet qui de iure facere tenetur, hinc ad tertiam diem post denuntiationem eis per Saltarios factam pena quinque solidorum pro qualibet vice, et si dampnum eis fieret quod habeant dampnum et solvant postam.

[43] Item ordinaverunt et postulaverunt quod omnes bestie minute inteligendo de pecudibus et capris, que non fatiunt factiones ire debeant ad pastorem communis a festo Sancti Iorgii usque ad festum Sancti Luce, pena quinque solidorum pro quolibet die.

[44] Item ordinaverunt et postulaverunt quod maiores habeant arbitrium augendi et minuendi penas tam maiores quam minores.

[45] Item ordinaverunt et postulaverunt quod quilibet qui vetaret pignora Saltariis aut Regolano, quod solvat tres libras pro qualibet vice, que perveniant due partes Domino Vicario et tertia Regolano et Saltariis.

[46] Item ordinaverunt et postulaverunt quod nulus debeat dicere verba iniuriosa nec mentiri facere in manifesto Regule et contrafacere solvat tres libras Domino Vicario reservata pena contenta in Statuto civitatis Tridenti de hoc disponente.

[47] Item ordinaverunt et postulaverunt quod quicumque qui habitat in dicto plebatus teneatur dare pignora Saltariis et emendare dampnum cum suis bestiis factum in fra tertiam diem, pena sexaginta solidorum denariorum qui perveniant Domino Vicario.

[48] Item ordinaverunt et postulaverunt quod Saltarii non debeant facere violentias alieni persone et si fecerint quod fecerunt quod incurant penam contentam in Statuto civitati Tridenti.

[49] Item ordinaverunt et postulaverunt quod nulus accipere debeat alienas foleas nec fenum nec erbam et qui contrafecerit solvat X solidos pro qualibet fasso in die, in nocte vero sexaginta solidos, medietas Domino Vicario et allia Communi Pinedi solvat dampnum passo.

[50] Item ordinaverunt et postulaverunt quod quilibet sit ad aptandum vias publicas cui preceptum fuerit, unus pro foco ad locum ipsis notificatum pena X solidorum pro quolibet qui expendantur per attendentes ea die in qua preceptum fuerit et ad attendendum ad predicta sita et nulus debeat esse excusatus nisi ex impedimento.

[51] Item ordinaverunt et postulaverunt quod nulus debeat accipere alienas erbas nec rapas pena X solidorum in die, in nocte vero sexaginta solidos medietas Domino Vicario et allia Communi Pinedi et solvat dampnum passo.

[52] Item ordinaverunt et postulaverunt quod quicumque qui recusaret dare panem et pastum suum pastoribus bestiarum communis, quod solvat X solidos pro quolibet die sibi dare contingenti unde licitum sit et arbitrium incontinenti pignorandi de dictis X solidis pro quolibet die qua pena medietas sit Communis Pinedi, allia medietas Regullano maiori.

[53] Item ordinaverunt et postulaverunt quod quilibet panem dare teneatur secundum consuetudinem villarum suarum.

[54] Item ordinaverunt et postulaverunt quod quicumque qui incideret aliquem arborem fructiferam ad singularem personam seu ad communem pertinentem quod solvat pro qualibet vice tres libras Domino Vicario Tridenti reservata pena contenta in Statuto Communis Tridenti, et reficiat dampnum passo.

[55] Item ordinaverunt et postulaverunt quod aliquis forensis non debeat facere foleas fenum nec legnamina aliqua super Communitatibus Pinedi, pena trium librarum denariorum pro qualibet vice, tertia pars sit Domini Vicarii tertia Communis et tertia Regolani et Saltariorum et nihilominus amitat fenum foleas et lignamina, reparuat dampnum passo

[56] Item ordinaverunt et postulaverunt quod aliquis non debeat accipere forenses aliquos ad faciendum fenum et lignamina in dicta Communitate nisi una opera tantum ad segandum seu fatiendum quolibet die, pena trium librarum aplicandarum Communi Pinedi.

[57] Item ordinaverunt et postulaverunt quod nulus accipere debeat alienas stropaduras et qui contrafecerit solvat XX solidos pro qualibet vice medietas Domino Vicario et allia Communi Pinedi et nihilominus solvat dampnum passo.

[58] Item ordinaverunt et postulaverunt quod nulus impedire debeat vias aliquas, et si impedierit quod expedire debeat usque ad tertiam diem, post denuntiationem, eis per Saltarios factam, nec devestare, et quis contrafecerit solvat tres libras denariorum, tertia sit Domini Vicarii et alia tertia pars Communis Pinedi et alia tertia pars Regolani.

[59] Item ordinaverunt et postulaverunt quod maior Regolanus debeat facere ius de postis Regula pertinenti et quod nulus petat ius a Domino Vicario de dicta Regula, pena trium librarum medietas Domino Vicario et allia Comuni Pinedi.

[60] Item ordinaverunt et postulaverunt qui tenet ignem seu focum et laborat unum campum terre soluere debeat Saltarium sub pena dupli quod duplum (illeggibile perchè strappato) et perveniat Domino Vicario.

[61] Item ordinaverunt et postulaverunt quod Saltarii teneantur custodire Regulam, pena sexaginta solidorum medietas Domino Vicario et alia Regolani et maiorum.

[62] Item ordinaverunt et postulaverunt quod Regolanus et Saltarii habeant arbitrium vendendi pignora transactis X diebus post quam accepta fuerint facto prius mandato de relluendo pro parte Regullani, Saltarii, quod quidem preceptum fiat incontinenti cum petit, acceperit pignus.

[63] Item ordinaverunt et postulaverunt quod maior pignus sit Domini Vicarii, secundum Regolani, tertium maiorum et quartum Saltariorum.

[64] Item ordinaverunt et postulaverunt quod Saltarii nemoris seu buschi et gazorum habeant X solidos pro quolibet pignore per ipsos facto et Saltarii Regule sine campanee habeant unum starum panigii pro quolibet foco, vel quinque solidos pro extimationem.

17

[65] Item ordinaverunt et postulaverunt quod nulus debeat accipere capusos alienos in suis ortis vel in suis campis sine licentia ei antem, pena XX solidorum in die pro una quaque vice et in nocte pro una quaque vice trium librarum denariorum tridentinorum que perveniat Domino Vicario.

[66] Item ordinaverunt et postulaverunt quod aliquis non debeat lanzare in Regula montanee Pinedi, et si aliquis vult lanzare lantias debeat ire ad lanzandum super Commune, ubi non sunt gentes et ubi nemo posset periculare et quis contrafecerit solvat centum solidos denariorum tridentinorum, que pena perveniat Domino Vicario.

[Il documento riporta alla fine una pagina segnata col numero 27, però illeggibile in quanto strappata a metà dall'alto in basso.

In calce si può tuttavia leggere:]

“Ego Nicolaus filius Iohannis notarius de..... et viam usque ville Cembrie ...”